

ait, cum amicis absentibus licet: & quidē quoties velis, quā diu velis: quippe amicus animo possiden-  
dus est: hic autem nunquam abest: quemcunq; vult,  
quotidie videt. In quem usum etiam literæ inven-  
tæ: de quarum vicissitudine eleganter Turpilius Co-  
micus:

*Sola res est, quæ homines absentes præsentes  
facit.*

8. Eth. Nic. 3. lib. 7. epist. epist. 56.  
Refert. D. Hieronym. ep. 42.

## XLVI.

Vnde & Athenæus non putat de amicitia judi-  
cium faciendum esse loco, sed moribus, & sententi-  
am illam Græcorum

ΤΗΛΟΥ ΦΙΛΟΙ ΝΑΙΟΝΤΕΣ ΟΥΚ ΕΙΣΙΝ  
ΦΙΛΟΙ.

ΜΙΣΑΝΘΡΟΠΟΠΟΤΑΤΗΝ ΤΩΝ ΠΑΡΟΙΜΙΩΝ  
putat: præsertim cum & Sylla apud Sallustium re-  
gem Bochum ad amicitiam cum Pop. Rom. jungen-  
dam ea causa hortetur: quod procul absint: in quo  
offensæ minimum, gratia par ac si prope essent.

*libro quinto.*

## XLVII.

Quatuor hæc amicitia adiuncta quasi profluunt  
ΕΚ ΤΗΣ ΦΙΛΑΓΓΙΑΣ: ex quā petenda & su-  
menda ea officia, quæ amicus amico præstare debet.  
Cum enim amicus sit tanquam alter idem & una ani-  
ma in duobus corporibus habitans: ideo eum quoq;